

ARTICULUS I.

Clausulæ communes.

(1. Clausula dicitur verbo *claudio*, et significat extremam partem alicujus rei, quo sensu accipitur apud Cic. *pro Cael.* c. 27. *in fin.* Senec. *ep.* 66. *ad fin.* Sumitur etiam de conclusione ac fine periodi. Cic. 3. *de Orat.* c. 46. et nonnumquam ipsa periodus Clausula dicitur, et definitur a Diomed. *lib.* 1. *Orat.* et Victorin. *lib.* 1. *de art. Grammat. Compositio verorum plausibilis structuræ exitu terminata.* (2. Unde a Jctis Clausula sæpe sumitur pro parte qualibet, seu capite edicti, legis, scripturæ, licet extrema non sit. Ulpian. *Dig. lib.* 4. *tit.* 8. *leg.* 25. *et tit.* 6. *leg.* 23. *a med. et leg.* 26. *ad fin.* Sed in litteris Apostolicis et in Jure Ecclesiastico Clausula accipitur pro dictione aliqua, quæ in illis solet apponi, et quæ continet conventiones, decreta, vel conditiones illis adjectas.

(3. Clausulæ respicientes solemnitates actus Notarius apponere potest; quamvis de hoc non sit expresse rogatus; quas si in publicatione non expresserit, pro expressis habentur. Felin. *in cap. ex litteris* 3. *sub. num.* 13. *vers. si autem concernunt solemnitatem, et si non exprimantur, habentur pro expressis; de fid. instrum.* ubi vide Bal. *in cap. cum M.* 9. *num.* 29. *in fin. vers. ibi vel esse debuerit, de const.*

(4. Clausulæ, quæ regulariter apponi solent in instrumentis, testamentis, etc., præsumuntur appositæ de Notariorum stylo; sed si testator fuisset persona idiota, nihil operantur dictæ Clausulæ, quamvis appositæ, nisi probetur testatorem de eorum vi certificatum fuisse, ut Gabr. de Clausula codicillari cum Clausula: *omni meliori modo; de consuet., concl.* 1. *num.* 7. Bursat. Turret. *in tract. de clausul. codicill. quæst.* 9. *num.* 2. Mascard. *de probat. in vero. certificatio concl.* 283. apud Cyriac. *contr. for.* 360. *lib.* 2. *num.* 86. *ad 107.* (5. Si vero Clausulæ sunt de illis, quæ regulariter non solent apponi, prout Clausula derogatoria ad futura testamenta, tunc validæ habentur, quamvis testator sit persona idiota, nam tunc Notarius de voluntate testatoris illas apposuisse censetur. Menoch. *cons.* 170. *sub num.* 24. apud Cyriac. *l. cit.*

(6. Si Notarius legit testamentum coram testatore, si iste non contradicit appositis Clausulis, illas approbare censetur, nisi, ut supra diximus, testator esset aliquis rudis, vel mulier; tunc enim earum vim testatori declarare tenetur. Aret. *in. cons. fin.* Corn. *con.* 150. *col.* 2. *vol.* 3. *et cons.* 225. *col. fin. vol.* 3. (7. Quando vero Clausulæ censerī debeant appositæ a voluntate testatoris vel contrahentium, ac quando de stylo Notariorum, magna est contentio inter auctores. Vide Menoch. *de arbitr. cas.* 144. *num.* 9. *seq. et de præsum. lib.* 2. *præs.* 79. *num.* 4. *et lib.* 4. *præs.* 31. *a num.* 1. Altograd. *contr. for.* 82. *num.* 31. *seq. Rot. coram Coccin. decis.* 1366. *num.* 5. Gabr. *lib.* 6. *de consuet. concl.* 4.

(8. Clausula generalis antecedens explicatur per specialem subsequentem, si est clara; *glos. in L. ille a quo* 13. § *quid ergo, vero verba fideicommissi ff. ad Trebell.* Navar. *cons.* 6. *num.* 9. *de hæret. Rot. dec.* 79. *p.* 6. *rec.* Si enim est dubia, non restringit generalem antecedentem. *L. regula ff. de Jur. et fact. ignor. Dec. cons.* 125. E contra vero dispositio generalis sequens explicatur per specialem antecedentem. *L. si de certa* 31. *C. de tran. L. legatorum petitio § fin. ff. de leg.* 2. *L. quoties. C. famil. erisc.* et Doctores apud Rotam loco citato. Atque Clausula generalis est restringenda secundum naturam actus, cui apponitur, et refertur tantum ad ea quæ fuerunt specificata. *L. si de certa C. transac. ubi Doctores; L. jubemus ad Vellejan; dummodo præcesserit Clausula specialis; quia tunc generalis sequens restringitur ad præcedentia narrata: nec generalis comprehendit majora expressis, et in privilegiis posita non porrigitur ad ea, quæ ignorata sunt.* Natta *cons.* 209. Marta *de clausul. p.* 4. *clausul.* 1. *et 2.* Barb. *claus.* 116. Vide Begnuedelli *vero Clausulæ Communes num.* 5. *pag.* 169. *edit. Mutinæ* 1757.

(9. Clausula universalis comprehendit omnia, ampliatur significatum verborum, cui adnectitur, et nullam patitur exceptionem. Schroeder. *de feud. p.* 10. *sect.* 5. Barb. *claus.* 126.

(10. Clausulæ accessorie adjunctæ contractui simulato, etiam simulatæ judicantur. Aretin. *in L. 1. § si vir uxori col.* 3. *ante med. vers. sed hoc esset conceden. de plano ff. de acquir. posses.* Rot. *decis.* 81. *num.* 7. *p.* 9. *rec. tom.* 1.

(11. Clausula derogatoria alicujus legis in tantum legi derogat, in quantum cum ea pugnat. Barb. *in extravag. ad reprimen. super vers. non obstant. L. un § his tantummodo cum glos. C. de latin. libert. tollen. gl. in authen. de hæredibus ab intest. circa prin. in verb. vacantibus, quam singularem dici Roman. cons.* 57. *num.* 2. apud Rot. *decis.* 289. *num.* 6. *p.* 3. *rec.*

(12. Clausulæ appositæ in prima commissione habentur pro repetitis etiam in secunda, quomodo si causa aliqua esset advocata ab uno iudice, et alteri delegata, delegatio censetur facta cum iisdem Clausulis, quæ in prima; Rot. *decis.* 510. *p.* 2. *ecc. n.* 1. et sic semper Clausula appositæ in prima commissione pro repetita in aliis habentur, si adhuc manet prima commissio, secus vero si revocata fuit; Rot. *decis.* 140. *n.* 6. *et 7 p.* 6. *rec.* et cum priori causæ nova aliqua accessit, si quis vult prosequi priorem causam, Clausulæ censentur repetitæ, secus si novam tantum prosequitur. Maresc. *l.* 1. *var. res. c.* 87. *n.* 1. *seq.*

(13. Clausulæ appositæ in privilegiis censentur habere Clausulam: *quatenus pars uti velit.* Rot. *decis.* 229. *n.* 12. *p.* 2. *rec.* Oldrad. *cons.* 206. Sarnen. *de trien. q.* 94. *n.* 11. *et de annua. q.* 4. *num.* 4. apud Rot. *l. c.*

(14. Clausulæ præservativæ non tribuunt de novo jus, sed tantum conservant jus

præexistens. Rot. *decis.* 197. *n.* 9. *p.* 4. *divers. et decis.* 418. *n.* 6. *p.* 13. *rec.*

(15. Clausulæ respicientes plura, quæ determinabilia sunt, oportet quod omnia uniformiter æqualiterque definiantur, cum æqualis sit omnium ratio; *L. jam hoc jure ff. de vulgar. et pupill. Dec. consult.* 456. contra vero si non militat eadem ratio. *L. si ita scriptum. ff. de manumiss. testam.* Vide Vivian. *in praxi Jurispatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 292. *et seq.*

(16. Clausulæ executivæ a Notariis poni solitæ post perfectum contractum, ut de quibus, etc. quæ omnia, etc., nihil innovant in principali dispositione, nisi fuerint expressæ in verbis substantialibus. Dec. *in cap. ult. de pact. Abb. in cap. cum nostris, de concess. præb. Gratian. disc. for. c.* 201. *num.* 92. In litteris vero Apostolicis nihil operantur; nam tunc adhibentur præter mentem Pontificis. Barbos. *de clausul. claus.* 115. Vivian. *l. c.*

(17. Clausula super quibus omnibus et singulis, petit sibi jus et justitiam administrari, adhibetur in libellis, et illos salvat i. a defectu conclusionis, et ab omni ineptitudine, ita ut sustineatur ex causa apta, quamvis conclusum super inepta. Pelleg. *in pract. civil. p.* 2. *sect.* 3. *sub sect.* 3. *intersec.* 1. *n.* 2. *vers. tertio; Gabr. cum concl.* 1. 6. *tit. de claus. concl.* 4. *n.* 23. *ii.* Facit, ut iudex possit judicare etiam de non petitis. Abb. *in cap. fin. de jurejur.* ita ut actor possit obtinere in actione personali, licet intentaverit realem, ut dicit Aleiat. *cons.* 216. *in fin. Pellegr. l. c. Barbos. in cap. 1. num.* 22. *de offic. deleg. iii.* Similiter operatur, quod si actor concludat in possessorio, cum narrata tam petitoriam quam possessoriam respicere possunt, obtinere possit etiam in possessorio et e contra Corn. *cons.* 91. *incip. in causa in pr. lib.* 4. Tusc. *lit. C. concl.* 359. *n.* 5. *iv.* Operatur, ut virtute hujus Clausulæ videatur intentata omnis actio, quæ ex narratis colligi possit. Barbos. *in cap. 1. col.* 3. *vers. nota ibi etiam justitiam, de Offic. deleg. Pelleg. ubi supra vers. nono ut omnis.* Excipe primo, si constet ex prosecutis, quod actor ad certum remedium se continere voluerit. Innoc. *in c. cum dilectus col. 1. vers. qualis erit finis.* Secundo si ex narratis actio aliqua non competat, nec colligi possit, nam tunc nihil operatur dicta Clausula. v. Hæc Clausula liberat libellum ab omni contrarietate, si in ea non perseveratur, et salvat sententiam haud conformem libello. Marant. *in Specul. p.* 6. *membra.* 3. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 50. Tandem facit, ut iudex, licet non sit rogatus, possit, imo debeat deferre juramentum actori semiplene, vel plusquam semiplene probanti. Mascard. *de prob. concl.* 954. *num.* 48. Abb. *in cap. final. vers. sed nec obstant, de Jurejur.* De aliis Clausulis in libellis apponi solitis vide Mascard. et Scacc. *loc. citato.* Eccles. *obs. for. senat. Pedem obs.* 22. *n.* 17. *seq.*

(18. Clausula salva moderatione relinquit locum compositioni etiam post sententiam

condemnatoriam. Riccius *in prax. compos. res.* 223. *num.* 3. *q.* 4.

(19. Clausula salvo consensu Domini et non aliter nec alio modo salvat vendentem feudum a caducitate. Curt. *sen. cons.* 8. *Clar. in § feudum quæst.* 31. Simon de Præt. *de interpret. ult. volunt. interp.* 1. *dub.* 3. Maresc. *lib.* 1. *var. res. p.* 2. *cap.* 78. *ibi n.* 2. Rotæ *decis.*

(20. Clausula codicillaris obliquat institutionem et facit ut directa transeat in fideicommissariam. Fachin. *l. 4. contr. jur. c.* 91. Item facit ut filius debeat vocatis restituere hæreditatem patris, etiam si esset posthumus ignoranter præteritus. Clar. *in § testamentum; quæst.* 46. Contrariam tamen secuti sunt sententiam Fachin. *l. 4. cont. jur. cap.* 11. Fusar. *de substit. quæst.* 479. *num.* 6. 19. *et 22.* Ciarlin. *cap.* 11. *num.* 17. præcipue si hæreditas esset restituenda extraneo. Rot. *decis.* 405. *p.* 9. *rec. tom.* 2. *num.* 53. *seq.* quæ assignat rationem, quia nempe a non præsumitur, quod, si testator scivisset se præterire filium, voluisset illum gravare de restituendo hæreditatem extraneo. » De hac Clausula vide late Barb. *de claus. claus.* 21. *pag.* 369. *edit. Lugdun.* 1670. Mascard. *de probat. conclus.* 300. Perez. *ad l. 1. vers. sexta solemnitas tit.* 2. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 108. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 1. *lit. C. conclus.* 292. *et conclus.* 304. *num.* 16. *cum seq.* Riccius *in collect. decis. part.* 1. *collect.* 59. *et p.* 4. *collect.* 1186. De Rub. *in sing. Rotæ tom.* 2. *p.* 4. *d.* 11. *pag.* 229. *et d.* 205. *pag.* 325.

(21. Clausula si, et in quantum, quæ ponitur in admissione positionum, ita præservat jus respondentis, ut confessio habeatur pro non emanata, si probari potest, quod positiones non erant admittendæ, et propterea quod reus non tenebatur illis respondere. Rot. *in una Romana aliorum* 28. *Febr.* 1582. *coram Orano.* Bas. *jun. in l. 2. in fin. c. qui legit pers. habet stand. in Jud.* Curt. *jun. in l. cum et Judices, § quod observari num.* 106. *C. de juram. quod propt. calumn. datur apud Rot. dec.* 27. *p.* 9. *rec. tom.* 1.

(22. Clausula sine præjudicio non præservat a præjudicio in expressis, sed tantum in aliis. Oldrad. *cons.* 330. *num.* 9. *in fin. Rot. decis.* 23. *pag.* 9. *tom.* 1.

(23. De aliis Clausulis vide Begnuedelli *verb. Clausulæ Communes tom.* 1. *pag.* 161. *et 162. edit. Mutin.* 1757.

ARTICULUS II.

Clausulæ apostolicæ.

(1. Clausula I. *motu proprio et certa scientia, et de plenitudine potestatis* tollit omnem subreptionem. DD. *in cap. motu proprio, de præben. in 6. Clem. si Romanus Pontifex 4. eodem tit. de præben.* Pal. Rub. *in annot. ad decis.* 90. *p.* 9. *rec. Rot. Roman. num.* 91. Et adeo ampliatur ista conclusio, ut impetrans gratiam cum tali Clausula non tenetur illam justificare, ut specialim de pensionario tenet Mascard. *de probat. concl.* 622. *et 1233.* et alii auctores apud Vivian. *in praxi Jurispatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *n.* 21. Notandum tamen, quod quamvis gratia *motu proprio* con-

cessa, vel ejus narrativa non sit justificanda, *Clem. supra cit. si Romanus. Clem. 1. verb. fecisse narramus de probat.* et licet gratia non possit esse subreptitia, cum dici non potest aliquid subreptitiae obtentum fuisse Pontifice motu proprio concedente; *Rub. l. c. n. 134. et 135.* tamen per dictam Clausulam non eripitur facultas impugnandi gratiam, probandique falsum narratum fuisse. *Rot. decis. 33. num. 6. 7. et 8. de præbend. in antiq. Cassad. dec. 3. num. 4. de concess. præb.* et alii apud Rubeum *l. c. num. 140.* et Rota coram Merlino *decis. 318. inter ejusdem impress.* alias *decis. 119. p. 5. rec. num. 4.* ubi habes, quod motus proprius solum hoc efficit, quod onus probandi non incumbit utenti gratia; quia ille fundat suam in ipso motu proprio, sed hoc onus incumbit impugnanti. Ex Felin. *in cap. causam quæ il. num. 3. et 4. de testib. Gabriel. de probat. concl. 2. num. 61.* Sed præter dicta multas alias patitur exceptiones ista Clausula motu proprio et certa scientia, etc. 1. Si Pontifex non testetur de facto proprio, sed de alieno, nam tunc, maxime si narrativa tenderet in alicujus præjudicium, causa justificari debet. *Putæus dec. 323. lib. 2. Maresc. lib. 2. var. res. cap. 1. n. 168.* 2. Si gratia est subreptitia ex taciturnitate causæ finalis, tunc enim non vitiat ob Clausulam motu proprio, vitiat tamen expressione falsæ causæ, ut docet Amicus apud Dianam *p. 8. tr. 3. res. 70. Menoch. de arbitr. cas. 201. num. 83.* ubi alii. Sed Suarez. Bonac. et alii apud Dianam loco citato sentiunt, quod motus proprius, quando nulla præcessit petitio a parte facta, ipsius gratiæ tollit omnem obreptionem et subreptionem, contra vero quando præcessit partis petitio; nam tunc concessio gratiæ infirmatur tam expressione falsæ causæ, quam taciturnitate causæ finalis, quia sicut per importunitatem Pontifex gratiam concessit, per eandem dicta Clausula adjecta censetur. Et ita videtur tenere *Rot. Rom. in una Cassalen. Beneficiorum 10. Decembr. 1627.* coram Merlino *decis. 318. inter ejus impres.* alias *decis. 119. p. 5. rec.* Et quod Clausula motu proprio non tollit obreptionem, cum exprimitur causa falsa, docent etiam Felin. *in cap. causam, de testib. Gab. de clausul. concl. 2. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 21. Riccius in praxi alien. rer. Eccles. res. 93.* et deducitur ex text. *in cap. 2. de reser. Vide etiam Seacc. de judic. lib. quest. 64. Gloss. in cap. Romanus de præb. Vivian. in prax. Jurispatr. lib. 13. p. 2. cap. 8. num. 21. iii.* Non tollit subreptionem in præjudicium tertii. *Riccius in prax. p. 3. resp. 306. et res. 100.* et ejusdem testimonio ita tenet etiam *Rot. Sarnen. de jur. quest. q. 1. num. 2. et quest. 4. num. 7. Gratian. disc. for. cap. 624. n. 22. et cap. 421. num. 42. seq. Gabr. de claus. concl. 2.* Ratio est, quia semper censere debemus Pontificem circumventum fuisse, cum gratia, etiam motu proprio concessa, cedit in præjudicium aliorum, cum ipsum nemini præjudicare velle præsumitur, uti *Rot. coram Dunozet. p. 8. rec. dec. 4.* apud Rubeum *l. c. num. 147.* et *Rot. coram Merlin. de decis. 318.* nec firmat privilegium

contra jus tertii. *Gab. de claus. claus. 2. Rot. in novis decis. 451. p. 1. Riccius d. res. 100.* et ideo Clausula motu proprio non derogat legem, per quam est quæsitum jus fisco, nisi enim additum fuerit non obstante jure quæsitum, nihil operatur in præjudicium tertii, nam regula de Jure quæsitum non tollendo, præcipue si præcessit postulatio partis, præservat quodeunque Jus quomodolibet quæsitum fuerit. *Peregr. de Jure fisci lib. 1. tit. 3. num. 37. iv.* Tollendo omnem subreptionem non tollit tamen obstacula coherentia personæ, nec supplet personales defectus, uti irregularitatem, defectum ætatis legitimæ, etc. *Sanchez de matrim. lib. 8. dispen. 21. num. 49.* *Rot. apud Seacc. de Judic. lib. 1. cap. 64. num. 14. Menoch. de arbitr. cas. 201. num. 81. seq. ubi Dec. constit. 602. num. 19.* Et tunc non supplet personæ inhabilitatem, etiamsi adsit Clausula suppletentes, quia ista Clausula supplet tantum defectus narratos; *Ægid. decis. 33. Dec. cons. 10.* sed gratia non est invalida causa subreptionis, sed propter jus commune, in quo Pontifex non intendit dispensare; *glos. in Clem. si Roman. vers. validam, de præb. et in cap. si motu proprio verb. ob hoc. eod. in 6.* apud *Sanch. l. c. v.* Cum posita est in dispensationibus nihil operatur ex silentio causæ, licet adesset Clausula suppletentes omnes, et singulos, tam juris, quam facti defectus; nam dispensatio esset facta sine causa, et si agitur de jure divino, vel naturali, Pontifex certe mortaliter peccaret dispensando, imo juxta plurium auctorum sententiam irrita esset dispensatio; etenim Pontifex est inferior quoad jus divinum et naturale; *Gobat. de impedim. matrim. cas. 22. num. 603. S. Thom. l. 2. quest. 49. a. 5. Innoc. in cap. innotuit, de elect. et si dispensatio esset in jure positivo, non supplet defectus, ut supra diximus, nisi specificentur, quia dispositio et mens Pontificis non fertur ad incognita. Angel. in L. sed et si quis. ff. si quis caution. Roman. cons. 327. Riccius in prax. clausul. p. 3. d. res. 100.* Si vero nulla sit læsio juris tertii, partes non possunt talem dispensationem sine causa emanatam impugnare. *De Rubeis l. sup. cit. num. 125. seq. et DD. in cap. si motu proprio, de præb. in 6. vi.* Nihil operatur in iis, quæ sunt facti. *Riccius l. sup. cit. n. 11. Bal. in l. impetrata c. sent. rescind. non poss. Vivian. in prax. jurispatr. p. 2. lib. 13. cap. 8. num. 21. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 6. et 32. Barb. de clausulis claus. 37. vii.* Non tollit defectum intentionis Pontificis. *De Rubeis in adnot. ad d. dec. 90. Rot. Rom. p. 9. rec. tom. 1. num. 139. Sanch. de matrim. d. lib. 8. disp. 21. num. 31.* ita ut, si omittitur qualitas beneficio intrinseca, gratia irrita sit, non ob subreptionem, sed quia non apparet de concedentis voluntate. *Abb. in cap. ad accres. num. 5. de reser. Rebuff. in concordat. tit. de form. mandat. Apost. in clausul. motu proprio.* Et sic etiam, si non est facta mentio expressa mensis Episcopalis, gratia sustineri non potest, cum Pontifex Ordinario præjudicare non intendit, ut jam diximus. *Pyrr. Corrad. in prax. benef. lib. 3. cap. 6.*

num. 49. 8. Demum per Clausulam motu proprio non censetur Pontifex dispensare in pluralitate beneficiorum. *Glos. in Clem. si Romanus, in verb. validum, vers. etiamsi illa ex talium pluralitate procedat, etc., de præb. et in d. c. motu proprio verb. Benef. vers. cum per hoc sibi dispensatum non sit, etc., de præb. et in c. final. in fin. de offic. deleg. in 6. Bonif. in dicta Clem. si Romanus num. 30. Rub. l. cit. num. 143. Gabr. lib. 6. com. concl. tit. de clausul. num. 48.* quem vide.

(2. Clausula II suppletentes, uti diximus, cum est conjuncta Clausulæ motu proprio, non supplet defectus juris naturalis vel divini, sed tantum defectus expressos juris positivi. *Jo. Andr. in Clem. Pastoralis, de re jud. Secundo non supplet defectum causæ; Redoan. de reb. Eccles. non alien. verb. alienatio vers. et si sit facta; sic non supplet primo defectum causæ necessitatis vel utilitatis in alienationibus rerum Ecclesiæ; Pyrr. Corrad. in prax. dispensat. Apost. lib. 9, cap. 6, num. 7.* Secundo posita in litteris si ad evidentiam non supplet defectus substantiales; *Decius cons. 14.* nisi expresse sint commemorati. *Abb. in cap. 1. num. 5. vers. an autem suppletio de translat. apud Pyrr. Conrad. l. cit. num. 4.* Tertio non supplet defectum facientis actum. *Rot. in noviss. decis. 2. de util. vel inutil. Abb. in cap. inter dilectos, de fid. instrum. Quarto non valet in præjudicium tertii, nisi concedens non obstante notitia juris tertii concedat gratiam illi præjudiciale; nec tunc opus erit derogatione regulæ de Jure quæsitum non tollendo. Gratian. disc. for. cap. 599. a num. 9. ubi Cornel. cons. 83. circa primum consultationis, col. penult. post med. vers. tertio respondetur num. 16. lib. 4. Quinto, non tollit defectus coherentes personæ impetrantis, sed tantum concernentes juris solemniam. *Vivian. in praxi Jurispat. p. 2. lib. 13. cap. 8. num. 164. Marta de Clausul. p. 1. claus. 181. Barbos. de claus. 14.**

(3. Clausula III sine retardatione solutionis pensionis limitat jurisdictionem commissarii, et facit illam conditionalem, ita ut non possit procedere, nisi soluta pensione. *Put. dec. 29. de pension. Rot. apud Riccium in prax. claus. p. 3. res. 108. Vivian. loco supra cit. num. 273.* ita ut sententia lata ante pensionis solutionem esset irrita et nullius valoris. *Ricc. l. supr. cit. d. res. 108. num. 13.* nisi addita fuisset Clausula arbitrio Rotæ; cum enim omne arbitrium debet juri consonare, subintelligitur prout de jure, ideoque potest iudex procedere, etiam solutione non secuta. *Garz. de benef. p. 1. c. 5. § 4. num. 518.* Censetur tamen satisfactum huic Clausulæ, quomodocunque realis fiat satisfactio, etiam coacta. Effectus hujus Clausulæ est ergo ut titularis teneatur ad solutionem pensionis, licet lis pendeat, et a sententia appellatum fuerit. *Riccius in prax. resol. 379. p. 1, et d. res. 108. Garz. de benef. p. 5. c. 5. § 4. a num. 516.* licet sententia fuerit lata super spolio, etiam non docto de aliqua quasi possessione exigendi, sed sufficit, quo litteræ fuerint expeditæ Romæ. *Rot. decis. 301. p. 1. divers. et decis. 193, p. 3.*

rec. num. 15; demum sufficit etiam sola petitio signata. Vide alia multa apud *Ricc. in prax. resol. 379. p. 1.* et *res. 108.* Valet tamen tantum in præjudicium titularis, non vero pensionarii. *Rot. decis. 103. p. 3. rec. num. 15, in fin.* In commissione appellationis præservatur hac Clausula jurisdictioni iudicis a quo appellatur, ideoque iste potest compellere titularem ad pensionis solutionem; *Lancellot. de attent. post inhibit. cap. 20. limit. 13. num. 2.* ponitur enim ad evitandas cavillationes et fraudes solvere recusantium vel differentium, et posita in principali commissione respicit etiam tertium venientem ad causam. *Ricc. loc. cit.* Hæc Clausula non adhibetur primo, si pensionarius per longum tempus, cum potest, negligit petere pensionem; *Ricc. loc. cit.* secundo quando pensio est imposita beneficiis pluribus postea collatis. Vide *Garz. de benef. p. 1. cap. 5. § 4. num. 529.*

(4. Clausula IV. Amoto quolibet detentore non censetur de detentore, qui contradicit de jure, sed qui contradicit de facto. *Ricc. in prax. var. res. p. 2. res. 297 et p. 3. res. 103.* Ideoque non potest removeri aliquis de possessione colorata, nisi fuerit intrusus. *Staphil. de tit. gratia tit. de vi et effect. clausul. Requirit observantiam juris judiciarii, cum agitur de amovendo quia de exsecutore vero facit mixtum. Barb. de claus. claus. 5. Abb. in cap. de catero; Vivian. loc. sup. cit. num. 36. Limita 1. dicta procedunt tantum, quando fuit posita in litteris principalibus, non vero in executivis. *Abb. in cap. cum in nostris, de concess. præb. Ricc. in prax. p. 2. res. 158. ii.* si nullus adest contradictor, nec possessor, exsecutor remanet merus, et non datur appellatio. *Rebuff. in prax. in forma novæ provisionis in verb. amoto vers. nec virtute hujus clausulæ apud Rot. decis. 333. p. 4. rec. tom. 2. num. 2 et 3.**

(5. Clausula V. Inducas et inductum defendas concedit exsecutori facultatem inducendi in possessionem, et in ea defendendi, donec Clausula fuerit executioni rite demandata; *Ricc. in prax. p. 2. res. 229. et p. 3. res. 101.* et usque ad annum, juxta *cap. querendi de offic. deleg. Abb. in cap. pro illorum num. 11. de præb. vel etiam post annum respectu molestiæ, quæ fit ex causa antiqua, Ricc. loc. cit. et Rot. decis. 256. p. 7. rec. num. 18.*

(6. Clausula VI. Appellatione remota, etc., non obstante particula generali omni et quacunque 1. non valet, quando sententia est notorie injusta. *Riccius in prax. clausul. p. 3. res. 97. gloss. in cap. ex conquestione de rest. spoli. Abb. in cap. inter catera de re jud. Vivian. l. supra cit. num. 43. ii.* non valet nisi contra litigantes, non vero contra tertium, qui non litigavit. *Ricc. in prax. clausul. part. 3. resol. 97. ubi Rot. iii.* non censetur ablata hac Clausula restitutio in integrum; *gloss. fin. in L. un C. si de moment. possess. Barbos. claus. 9. n. 29. dec. 109. n. 5. inter impressas,* nec causæ cognitio aut processus ordinarius usque in finalem sententiam. *Bichius decis. 256. n. 14.* Effectus præcipuus hujus Clausulæ est, quod in ap-

pellatione sit inserenda causa, qua justifice-
tur appellatio, et probanda ab appellante.
Vivian. *loc. cit.* et Ricc. *l. cit.* qui testatur
de decisione Rot. Cum a partibus ponitur in
contractibus, potest procedi executive. Rot.
decis. 369. p. 17. *rec. num.* 2 et 3. Felin. *in*
cap. pastoralis § cum autem num. 28. *de offic.*
Jud. deleg.

(7. Clausula VII. *Quorum tenores, etc.* i. de-
rogat, cum ponitur in constitutionibus, cui-
cunque præcedenti constitutioni etiam ha-
benti Clausulam derogatoriam. Gabr. *de*
claus. conc. 5. Vivian. *l. sup. cit. num.* 92.
Rot. *decis.* 630. p. 4. *rec. tom.* 3. II. Vim
habet specialis ac individua expressionis
eorum omnium, ad quæ refertur; Ricc. *in*
collect. decis. p. 4. *collect.* 959. *effect.* 1. et
sufficit etiam pro specificatione eorum, quo-
rum Pontifex non habet notitiam. Gonzal. *ad*
reg. 8. *Cancell. gloss.* 36. *num.* 60. Nam hæc
Clausula fuit adinventæ, ut Papa posset paucis
verbis omnia impedimenta tollere, quæ ex
aliis constitutionibus oriri possunt; ideoque
operatur, ac si tenor priorum constitutionum
contrariis litteris derogatoriis fuisset inser-
tum. Rot. *decis.* 666. p. 1. *rec. num.* 3. III.
habet vim expressionis cujuscunque litis,
juris, et prætensionis in judicium deductæ,
et tollit vitium subreptionis. Garz. *de benef.*
p. 3. *cap.* 2. *num.* 234. IV. Derogat Regulus
Cancellariæ, ac si essent expressæ in specie.
Gratian. *disc. for. c.* 182. *num.* 18. Maresch.
lib. 1. *var. res. c.* 19. *num.* 19. V. Dicta proce-
dunt etiam in privilegiis motu proprio ema-
natis; quoad vero privilegia vel gratias, ad
instantiam partis concessas non conveniunt
DD. sed verisimiliter non operatur circa non
expressa, et circa illa, de quibus Pontifex
non habet notitiam, quamvis adsit Clausula
ex certa scientia; Rot. *decis.* 297. *num.* 7. p.
4. *rec. tom.* 2. maxime si agatur de præjudi-
cio tertii, uti Gabr. tenet de Clausula *pro ex-*
pressis; *loc. cit. num.* 13. Denique addita in
rescriptis non valet in illis, quorum specialis
mentio requiritur, maxime cum adest alia
Clausula *ut asseritur, de præmissis notitiam*
non habentes. Rot. *coram Seraphin. decis.* 981.
num. 8. et *decis.* 148. *num.* 19. Vide Mart.
de claus. p. 1. *claus.* 139. Ricc. *in collect. de-*
cis. collect. 949. Monet. *de commut. ultim.*
volunt. c. 7. *num.* 201. *cum seqq.* De Rubeis
in sing. Rotæ tom. 2. *part.* 4. *claus.* 77.

(8. Clausula VIII. *sine præjudicio executionis*
litterarum Apostolicarum, et parito Brevi
et judicato. In litteris appellationis facit, ut
Judex ad quem appellatur non possit se intro-
mittere in causam ante executionem senten-
tiæ judicis a quo; Ricc. *in prax. p.* 2. *res.*
368. et p. 3. *num.* 112. *in praxi clausul.* Ma-
resc. *lib.* 1. *var. res. v.* 86 et 87. quem vide;
ergo ista Clausula præservat Jurisdictionem
Judicis a quo, ita ut libere possit procedere
ad executionem suæ sententiæ, nisi forte ad-
ditum esset *sine præjudicio executionis fa-*
ciendæ coram Judice appellationis; tunc enim
potestas executoria devolvitur Judici ad
quem Rot. *divers. decis.* 473. *num.* 3. *lib.* 3.
part. 3. apud Gratian. *de benef. p.* 1. *num.* 21.
Facta tamen executione potest dici de ejus

nullitate; est enim jam satisfactum huic Clau-
sulæ; Ricc. *loc. cit. num.* 3. ubi Rota. Et ad
Judicem a quo spectat cognitio, an modus
excessus fuerit in exsequendo, si executio
fuerit facta a Judice ad quem; Rot. *dec.* 8. *n.*
2. p. 6. contra vero si erat demandata Judici
a quo Rot. *dec.* 132. p. 7. *rec.* Non valet au-
tem hæc Clausula pro litteris posterioribus
commissioni, in quibus adjuncta erat, si ista
de lite mentionem non faciunt. Vivian. *l. c.*
n. 270. Et posita in commissione causæ prin-
cipalis, commissarius non potest procedere,
nisi prius litteris executionem dederit. Rot.
apud Riccium *l. cit. Vivian. loc. cit.*

(9. Clausula vero *parito Brevi* facit com-
missionem conditionalem, ita ut commissari-
us procedere non potest, nisi constet de
Brevis executione. Marta *de clausul. p.* 1.
clausul. 90. et probatur *ex c. cum dilecta, de*
rescrip. Tria requiruntur ut ista Clausula
habeat suum effectum: i. ut reus dimittat
rem et illius possessionem; ii. fructus resti-
tuat; iii. expensis satisfaciatur; *c. ult. de rest.*
spolior. Clem. ut calumniis, de re judicat.
Rot. *dec.* 335. *n.* 16. *rec.* quibus si non satis-
fecerit, Judex ad quem ad ulteriora procedere
nequit nec ex capite læsionis, nec ex capite
injustitiæ, vel quovis alio; *arg. in L. 1. et tot.*
tit. C. si a non competenti; c. inter monaste-
rium, de re judic. vide Rot. *decis.* 335. *n.* 4.
Excipe i. si nullitas vel injustitia esset no-
toria, ut per Verall. *decis.* 188. p. 3. ii. post
partitionem præstitam, post quam non impe-
ditur Judex ad quem, quin executionem nul-
liter, vel injuste factam etiam per viam ma-
nutentionis revocare possit; Rot. *dec.* 322. p.
12. *res.* III. Si pars, ad cujus favorem est ad-
dita, patitur cognosci de meritis et justitia
causæ principalis; Marta *de claus. p.* 1. *claus.*
2. *sub num.* 10. *vers. limitata nisi esset.* Rot.
dec. 322. p. 12. *rec.* habet enim tacitam con-
ditionem, quatenus ille, ad cujus favorem
fuit apposita, ea uti velit. Maresc. *l. 1. var.*
res. c. 87. *num.* 34 et 35. Fructus vero et ex-
pensæ debent actualiter restitui, ut dici pos-
sit huic Clausulæ esse satisfactum; Rot. *d.*
dec. 335. *n.* 2. et non sufficit oblatio, si hæc
clausula fuit posita in Litteris Principis, ut
sentit Maresc. *loc. cit.* secus vero si est ap-
posita in pacto inter partes; quia tunc, si
fructi sunt illiquidi, sufficit eum depositione
unius Julii. Angel. *in L. 4. § ait Prætor. ff.*
de re jud. Alex. cons. 24. *n.* 9. *l. 4. Capyc.*
dec. 17. *n.* 5. Plura de Clausula *Parito Brevi*
vide apud Maresc. *d. c.* 87. *per tot. de Com-*
miss. p. 1. *pag.* 397. *cum seq.* Nicol. Garc. *de*
beneficiis, p. 3. *cap.* 3. *num.* 103. *cum seq.*
Campanil. *in diversorio Juris Canonici, rubr.*
11. *c.* 13. *a num.* 258. Theod. de Rubeis *in*
sing. Rotæ tom. 2. p. 4. *cl.* 55. et 522. Barb.
de Claus. claus. 98. *pag.* 464. *edit. Lugdun.*
1670. Clausula *parito judicato* habet eosdem
effectus; vide DD. citatos.

(10. Clausula IX. *Volumus autem; hæc*
autem sic extenditur volumus autem, quod
infra annum a die præsentium computandum
redditus sexaginta ducatorum hujusmodi
dictæ Præposituræ realiter, et cum effectu as-
signare omnino tenearis; et ponit conditio-

nem, quam adimplere oportet pro valore
gratiæ. Rot. *dec.* 539. p. 5. *rec. tom.* 2. Vide
Barb. *de clausulis, claus.* 186

(11. Clausula X. *Vocatis vocandis, serva-*
tis servandis, vel si tibi constiterit. Duo pri-
mæ Clausulæ i. de exsecutore mero faciunt
mixtum, unde debet assumere partes judicis.
Riccus *in prax. claus. p.* 3. *res.* 98. Maresc.
lib. 2. *var. res. cap.* 1. *num.* 80. ubi Rot.
Gratian. *disc. for. cap.* 596. *num.* 30. II.
Earum vi exsecutor tenetur adimplere omnia
quæ habentur in forma rescripti, aliter irrita
omnino sunt omnia ejus acta; *cap. exhibitæ;*
Abbas *de Judic. Dec. cons.* 173. et ita citare
debet eos qui de jure sunt citandi. Felin.
in cap. de cæt. num. 2. *de re judic.* et Rot.
decis. 391. p. 4. *rec. tom.* 1. et *decis.* 525.
n. 4. p. 2. *rec.* III. Tollit vitium subreptionis.
Marta *de claus. p.* 1. *claus.* 190. Garz.
de benef. p. 12. *c.* 2. § 1. *n.* 140. IV. Facit
causam appellabilem. Barb. *claus.* 109. Rot.
decis. 558. *num.* 3. p. 1. *rec. num.* 3. Vide
de hæc Clausula Cels. Ugon. *in tract. claus.*
pag. 483. *col.* 2. *in fn.* Marta *de claus. p.* 1.
claus. 196. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *col-*
lect. 805. Vivian. *in praxi jurispatr. lib.* 17.
c. 8. *n.* 26. *cum seq.* Theod. de Rubeis *in*
sing. Rotæ tom. 2. p. 4. *cl.* 111. Barb. *claus.*
184. *pag.* 537. *edit. cit.* et Pyr. Corrad. *in*
praxi dispens. Apost. lib. 9. *c.* 5. *n.* 3. *seq.*

(12. Eosdem habet effectus Clausula: *Si*
tibi constiterit; sed requirit insuper i. causæ
cognitionem, et partis citationem, nisi ad-
juncta sit Clausula *extrajudicialiter*, vel
narrata verificetur ex actis et coram eod-
dem Judice. Gloss. *in Clem. præsentis de cen.*
Abb. *in c. conquerenti de restit. spol. num.* 9.
Innoc. *in c. fn.* II. Plenam probationem.
Ricc. *in prax. claus. p.* 3. *res.* 104. vide Pyr.
Corrad. *in prax. dispen. Apostol. lib.* 9.
c. 5. *a num.* 51. *ad 56.* Barbos. *claus.* 18.
et 87. Vivian. *l. cit. p.* 2. *lib.* 13. *c.* 8. *n.* 4.
ubi Rot.

(13. Clausula XI. *verificato prius.* Ponitur
hæc Clausula in litteris Apostolicis de provi-
sione beneficii jurispatronatus; et facit gra-
tiam conditionalem, ita ut omnia probare
oportet ad effectum gratiæ assequendæ; *c. quia*
circa, de consang. et affin. Marta *de claus. p.* 1.
claus. 190. Gonzalez. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.*
18. Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 3. *a num.* 39. Vi-
vian. *loc. cit.* apud quem vide praxim hujus
Clausulæ.

(14. Clausula XII. *Ut asseris, ut asseritur.*
Prima in hoc differt a secunda, quod illa cense-
tur narrativa partis, et propterea supplicans
tenetur verificare asserta, ut gratia non sit
subreptitia; altera vero non indiget justifica-
tione, quia non est narrativa partis, sed
Pontificis. Rebuf. *in concord. tit. de form.*
mandat. Rot. *decis.* 60. *num.* 2. *de rescript.*
in antiq. et decis. 412. *num.* 2. et 447. *num.*
1. p. 2. *divers.* Vivian. *l. cit. c.* 8. *num.* 131.
Ricc. *in prax. clausul. p.* 3. *res.* 99. qui as-
serit, quod si Clausula loquitur alternative,
puta, *ut asseris de jurepatronatus Laicorum*
et Clericorum, sufficit quod unum tantum
verificetur.

(15. Clausula XIII. *Quatenus Juspatronatus*

mixtum, operatur causæ cognitionem extra-
judicialem tantum. Ricc. *in prax. claus. p.* 3.
res. 105.

(16. Clausula XIV. *ex nunc prout ex tunc.*
Hæc Clausula est retroactiva ad tempus datæ,
et operatur, ut rescriptum retrotrahatur,
veluti si actus a principio pure factus esset.
Barb. *claus.* 51. Adverte quod relata ad fu-
turum infert actus ad tempus, ad quod re-
fertur, et facit, ut actus tunc valeat, ut nunc
valeret. Marta *de claus. p.* 1. *claus.* 54. Vi-
vian. *ubi supra.* Posita in status debet ex-
spectari conditionis eventus; Ricc. *in prax.*
clausul. p. 3. *res.* 106. in contractibus vero
retro transfert dominium. Bar. *in L. qui ab-*
senti ff. de acquir. possess. Ricc. *loc. citat.*
Cum a Papa ponitur in beneficio vacante,
non suspendit gratiam, contra tamen in
vacaturo, et non operatur in præjudicium
tertii. Ricc. *loc. cit.* vide Pyr. Corrad. *in*
prax. disp. Apost. lib. 6. *c.* 1. *num.* 43. Si
ponitur in reservatione pensionis ad favorem
alicujus, qui nondum sit Clericus, Clausula
ex nunc, prout ex tunc, vel ex tunc, prout ex
nunc eundem effectum habet, et illi tribuit
tantum spem pensionem exigendi, cum sit
habilis. Vide late Pyr. Corrad. *in prax.*
benef. lib. 1. *cap.* 5. *num.* 180. et *seq.* Neque
hæc Clausula contractui conditionali adjecta
vim habet retroactivam, nisi a die existen-
tis conditionis. Vide Menoch. *cons.* 946. *n.*
34. et 35. De hæc Clausula vide etiam Mari.
de claus. p. 1. *collect.* 71. et p. 4. *collect.*
753. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. § 5. proæm.*
num. 86. Vivian. *in praxi jurispatronatus,*
lib. 13. *c.* 7. *num.* 57. et *seq.* De Rubeis *in*
singular. Rotæ tom. 2. *part.* 4. *claus.* 398. *n.* 1.
seq. Rot. *decis.* 770. *n.* 3. p. 1. *in posth. Far. alias*
p. 3. *rec.* Barb. *claus.* 71. *pag.* 419. *edit. cit.*

(17. Clausula XV. *Si et in quantum* poni-
tur in decretis judicialibus, in admissione ad
beneficia patronata, etc., ponit conditionem,
et facit actum valere tantum, quantum de
jure valere potest. Rot. *dec.* 53. *n.* 42. p. 5.
rec. tom. 1. De hæc Clausula vide Lancellot.
de atten. part. 2. *cap.* 20. *limit.* 11. *num.* 4.
et 5. Mart. Ricc. *in collect. decis. collect.* 954.
Mascard. *de Commiss. part.* 1. ubi de *commis.*
appellat. in causis Camer. obligat. p. 699. *a*
num. 18. et *pag.* 705. *a num.* 132. et *pag.*
709. *a num.* 146. Theod. de Rubeis *in singu-*
lar. Rotæ tom. 2. *part.* 4. *concl.* 95. et 775.
qui d. claus. 95. § 1.

(18. Clausula XVI. *Gratis ubique, etc.* Solet
poni in dispensationibus emanantibus a
Curia, sed non derogat consuetudini legitime
præscriptæ, quæ in pluribus Episcopopatibus
viget, aliquid accipiendi pro examine tes-
tium. Diana *p.* 8. *tract.* 3. *res.* 3.

(19. Clausula XVII. *Si ita est, etc.* In re-
scriptis gratiæ hæc gratia non est conditiona-
lis, nec requirit causæ cognitionem, ob text.
in L. condiciones ff. de condit. et demonstr.
Maresc. *lib.* 2. *var. resc. c.* 1. *num.* 138.
159. et 160. Vivian. *loc. cit. num.* 50. Contra
vero in rescriptis justitiæ, quando agitur de
præjudicio tertii, tunc enim requiritur cau-
sæ cognitio et citatio partium, saltem extra-
judicialis, ut ex text. *in cop. omnia* 3. q. 9.